

tamen iuris in ea<sup>1</sup> re habere intellegitur quam usufructuarius et bonae fidei possessor. nam placet ex nulla causa<sup>2</sup> ei adquiri posse, adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit seruus mancipioe nomine<sup>3</sup> eius acceperit, | quidam existiment<sup>4</sup> nihil ei adquiri. 172

167. Communem seruum pro dominica parte dominis adquirere certum est, excepto eo, quod uni nominatim stipulando<sup>5</sup> aut mancipio accipiendo illi soli acquirit<sup>6</sup>, uelut cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IVRE QVIRITIVM LVCH TITII DOMINI MEI ESSE AIO, EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEAQVE LIBRA.

167<sup>a</sup>. Illud quaeritur, an quod<sup>7</sup> nomen domini<sup>8</sup> adiectum efficit<sup>9</sup>, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. nostri praeceptores proinde<sup>10</sup> ei, qui iusserit, soli adquiri existimant, atque si nominatim ei soli<sup>11</sup> stipulatus esset seruus mancipioe quid<sup>12</sup> accepisset; diuersae scholae auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nullius<sup>13</sup> iussum interuenisset.

168.<sup>14</sup> Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debeatur.<sup>15</sup> unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit, utrum ipso

1) ea V. adquisita ab eo *Hu.* 2) causa alia V. 3) nomen V. 4) existimant V. 5) stipuland\* F. stipulando uel mancipiando V. 6) acquirit F. acquiritur V. 7) an quod F; *Goeschen.* tamquam V. 8) nomen domini F. domini nomen V. 9) efficit F; *Goeschen.* domini et fecit V. 10) proinde F. perinde (?) V. 11) om. F. 12) om. V. 13) nullis V. in F iam non legitur. 14) [QVIBVS MO]DIS SOLVUNTUR [OBLI]GATIONES R(ubrica) F. 15) debeatur F. V. debetur. *Inst.*

§ 167. = I. 3, 28, 3 cum *Theoph.* (p. 376 *Ferr.*). cf. I. 3, 17, 3. D. 41, 1, 37, 3 (*Iul.* 608). mancipio accipiendo] cf. *supra* 1, 119. 2, 87.

§ 167<sup>a</sup>. cf. D. 45, 3, 6 (*Pomp.* 726). 41, 1, 63, 2 (*Tryph.* 19). 45, 3, 5; 7 (*Ulp.* 2952). 7, 1, 25, 6 (*Ulp.* 2587). 45, 3, 33, 1 (*Paul.* 1199). C. 4, 27, 2 (3) (*a.* 530).

§ 168. cf. I. 3, 29 pr. *Gai epit.* 2, 10 pr. D. 50, 16, 176 (*Ulp.* 2924). aliud pro alio] cf. D. 23, 3, 25 (*Paul.* 1758). 12, 1, 2, 1 (*Paul.* 430). 46, 3, 46 pr. (*Marcian.* 255). C. 8, 42 (43), 17 (*a.* 293); 24 (*a.* 294). *Senec. de ben.* 6, 5, 2.